Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

1,-70

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°
1 1 01 0 4 00823 5

+ REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

EXERCITATIO
DE
NEPHILIMIS,
GIGANTIB⁹ VULGO DICTIS,
Pro vindicandis Hebræi ſermonis fontibus,

Oppoſita

JACOBO BOULDUCO

Theologo Pariſienſi,

Qvam

Diſqviſitioni publicæ ordinariæ in Regia Haunienſi Academia XXVII Mart.

Divina adjutus ope ſubjiciet

THOMAS BANGIUS

Reſpondente

WILHELMO WORM.

HAUNIÆ,
Typis MARTZANIANIS,
Anno MDCLII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823



B.R.H.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

אִיהִי

QVod capax animus facilè concepit, fecundum novitatis ingenium diu parturiit, torrens ſcribẽdi audacia maturavit, adulatoria dilaudantis lingvæ & pennæ blanditia ad inſtar obſtetricis juvit, *tergeminum inuſitatæ opinionis monſtrum*, tandem præceps typus Lutetiæ Pariſiorum abortivo niſu MDCXXVI in lucem protruſit. 1.

Triplicem indigitamus librum, qvem JACOBUS BOULDUC, *Theologus Pariſinus, & Ordinis Minoritarum Capucinorum nuncupati Prædicator*, de ECCLESIA ANTE MOSEM ſcripſit, indicaturus, *qvis à mundi principio usq; ad Moſen fuerit ordo Eccleſiæ, qvæ Feſta, qvæ Sacrificia, qvi Miniſtri, qvi Ritus & Ceremoniæ, & alia multa arcana*, ex FONTIBUS PRÆSERTIM HEBRÆI SERMONIS hauſta: Qvæ ipſius Boulduciani ſcripti Inſcriptio eſt, totidem, qvibus evulgata extat, verbis à nobis exſcripta. 2.

Tricorpor hic fetus ſi in ipſo partu fuiſſet enectus ab iis, qvi parturienti auxiliatrices porrexerunt manus, minus negotii ſacris Hebræorum Literis faceſſiſſet, minus itidem ſordis attuliſſet puro fonti atq; nobis plus otii. 3.

Ceterùm indulgentia ſeculi factum arbitramur, qvòd Geryonacea [ſit venia voci Plautinæ] hæc ſoboles tot annorum robore adulta hactenus radices egerit in animis incautiorum, nemoq; eru- 4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

ditorum inventus ſit, qvoad variorum Scriptorum opera & menſura intermedii temporis à prima editi tergemini hujus partus ætate in hunc uſq; annum à nobis qvidem repeti ac obſervari qvita eſt, qvi luxuriantes errorum in his tribus Boulduci Libris variegatim proſeminatorum propagines veritatis falce reſecuerit.

5. Nobis autem diutiùs haut licuit eſſe aut indulgentibus aut tacitis, præſertim qvibus gloriæ divinæ & almæ veritatis ſtudium cordi ac curæ eſſe debuit. Hujus in ſacro V. Fœderis codice ſigillum eſt Eberinus ſermo. Qvod ſi refigatur, læditur ejus honos, qvi hoc ſuis Literis impreſſit. Id autem detrimenti ne capiant ſacroſanctæ Hebræorum Literæ, nobis pro virili allaborandum erit.

6. Cujus laboris cùm nobis in mentem veniret, ac publici muneris, qvo fungimur, jus ac ordo poſtularet, ut ſuperiori anno in Academico Auditorio Numerorũ Capitis decimi tertii verſum XXXIII & XXXIV de GIGANTIBUS terræ Chananææ brevi Analyſi & Exegeſi illuſtrarem*, ac ejusdem verſus σύγκρισιν inſtitueremus cum v. 4. cap. 6. Geneſeos: de hac nova Boulduciani fecundiſſimi ingenii fetura ſuſcepimus cogitationem, & ſtudioſæ juventuti cautè proſpectum voluimus, ſicubi contingeret, ut in tres Boulduci Libros de Eccleſia ante Moſen incideret, ſibi caveret à melleo volubilis Boulducianæ lingvæ lenocinio, tanqvam ſub qvo felleæ pravorum gloſſematum inſidiæ Sancto Hebræorum ſermoni ingenioſo auſu ſtructæ laterent. Qvam cautionem cùm habitâ temporis & Auditorii ratione tunc paucis verbis complectebamur, nunc fuſiùs cunctis pandere aggredimur.

Dein-

Deinde debiles noſtros conatus valdè roboravit auctoritas Viri de Religione, Eccleſiis & Scholis optimè meriti, D.D. JOHANNIS RESENII, Selandiæ Epiſcopi qvondam vigilantiſſimi, cujus ſancta ſemper apud nos erit memoria. Hic veræ religionis & avitæ veritatis zelotes vir ſimulac Scriptum hoc Boulducianum viderat & legerat Anno MDCXXVII: nihil prius in votis habuit, qvàm ut ejus vanitas ſtatim detegeretur, & vera indoles novis & falſis Boulduci ſtrophis depravari cœpta Hebræis dictionibus reſtitueretur. Qvam curam in primis delegatam voluit beatæ memoriæ & incredibilis induſtriæ Viro D. M. NICOLAO PETRÆO, tunc Orientalium Lingvarum in hac Regia Acad. Profeſſori, & poſtea SS. Theologiæ Doctori celeberrimo, viro ſummo cum honore ſemper nominando. Cujus noſtri Anteceſſoris labores in hoc argumento ſi nobis contigiſſet videre, magnum his noſtris Vindiciis attuliſſent adjumenmentum. Qvâ felicitate privati, אי״ה ipſimet noſtro Marte aliqvid tentabimus. Succedentes enim in locum in partem laborum veniſſe nos arbitramur. 7.

Porrò huic domeſtico incitamento exterum etiam acceſſit. Etenim qvi illuſtri Gallorum Regis ad Danos Legato, Dn. CASPARO COIGNET de la THUILLERIE, Baroni de Courſons, fuit à Secretis, Nobiliſſimus & Eruditiſſimus Vir, Dn. ISAACUS PEYRERIUS Literis Chriſtianopoli Scanorum III. Kalend. Mart. ſtilo Gregor. MDCXLV ad nos ſcriptis amicè monuit, ut *qvæcunq; ſuper his, qvæ Boulduc Theologus Pariſienſis de Ordine, Feſtis, Templis, Sacrificiis, Miniſtris & Ceremo-* 8.

niis ECCLESIÆ ANTE MOSEM ſcripſit, nobis in promptu forent, aut ex lectione aut aliàs certò ſcire ac cognoſcere potuerimus, adornaremus ſibiq́ communicaremus. De qvibus tunc privatim monebamur, ea publicè jam omnium oculis ſubjicimus. Qvare *Nobili Gallo Boulducus ipſe Gallus* ex parte acceptam referet occaſionem præſentis EXERCITATIONIS atq; ſuſcepti laboris, utinam tam felici eventu, qvàm prompto conatu propagandi honoris divini Deoq; ſerviendi, cujus ſancta recordatio & fama Canonicis Hebræorum monumentis conſecrata neqvit eſſe ſalva, qvamdiu Hebraica Scriptura malè interpretando depravatur.

9. Vindice itaq; calamo opus erit, ut adulterina ſigna, qvæ juſto violentior Boulduci ſtilus authenticis V. Fœderis Tabulis novè impreſſit, expungantur, appoſita falſæ ſignificationis larva detrahatur, atq; genuinus Eberinis vocibus ſenſus cum cura reſtituatur. Neq; molliores vocum blanditias meretur, qvi in Hebræi Codicis innocuas dictiones intolerandum in modum ſævit audax Galli calamus. Hujus impunito ductu factum exiſtimamus, qvòd violentarum gloſſarum, inuſitatarum interpretationum & portentoſarum opinionum multiplici varietate hactenus formidabilis fuerit incautioribus *Giganteus* hic Boulduci fetus. Jta enim vocare licet, vocem ſuppeditante Photio, qvi memorat apud Manichæos olim Librum fuiſſe, qvem Giganteum appellarunt. Sic enim ſcribit de illo Photius in Biblioth. p. 77. edit. Aug. Vindel. MDCVI, interprete Andr. Schotto: *Lecti ſunt Heracliani Epiſcopi Chalcedonenſis adverſus Manichæos libri viginti.* Et paulò pòſt: *Evertit verò id, qvod Manichæi appellant Evan-*

Evangelium, & *GIGANTEUM Librum atq; Theſauros*: Dabis autem veniam benigne noſtrum laborum Interpres, ſi tantâ dexteritate nobis haut integrum ſit contrariam ſententiam evertere; qvantâ olim Hiraclianus Giganteam Manichæorum excetram. Præibimus Troili in illo pulvere vires libraturi, Deo juvante, in qvo nulla pedum viſa eſt via, aut aliorum ante nos προμάχων veſtigia. Seqvutura fortè ætas atq; ſagacioris ingenii genius magis validos excitabit Hercules, qvi parvis noſtris vindicandæ veritatis conſpectis veſtigiis, totum hoc monſtrum certiore dextra ſint oppugnaturi, tandemq; è vivis prorſus ſublaturi.

Ne autem injuriarum dica nobis ſcribatur, 10.
qvaſi alia, de qvibus non cogitavit, Boulduco affingere velimus: omnium primò nobis ſedulo diſpiciendum erit de ejus ſententia, atqve ideo initiò qværendum duximus:

Qvibus verbis Boulduciana de Nephilim ſententia perſcripta extat? Qvæstio I.

VErba ipſius Boulduci nominata Editione, ſignato Libro & Capite, atq; indigitata pagina bonâ fide producemus.

Libro 1. c. 2. pag. 15. edit. Pariſ. Claud. Landr. 11.
MDCXXVI form. 8. hæc conſignata reliqvit Boulducus: *Procubuiſſe*, inqvit, *& capita flexiſſe adorantes non illa modò ex Suetonii Vitellio ſuperius relata verba docent: ſed & iſta Livii lib. 30. cum agit de Carthaginenſium Legatis: qvi ubi in caſtra & prætorium pervenerunt, more adorantium, accepto (credo) ritu ex ea regione, ex qva oriundi erant (illa autem erat Phœnicia) procubuerunt.* P.16. *Qvi geſtus verorum adoratorum*, *nem-*

nempe Iſraëlitarum ſeu Judæorum fuit; ut paßim in ſacris occurrit. Et ferè ſemper verba uſurpantur, qvæ propriè cadere, ruere & proſternere ſe ſignificant. Abſtineo ab obruentibus nos exemplis, ut ſolum qvædam ex illis proferam, in qvibus habetur verbum Hebræum נָפַל *qvod facit ad propoſitum. Per illud Simei dicitur ſe proſtraviſſe coram Rege, cùm jam tranſiſſet Jordanem 2. Reg. 19, 18. ut veniam peteret. Qvam vim præſertim habet in Hiphil, ut: Et jacui coram Domino qvadraginta diebus & noctibus, qvibus eum ſuppliciter deprecabar. Deut. 9, 15. Sic Esdras flevit & jacuit ante templum Dei Eſdr. l. 1. c. 10. Et multis aliis in locis Gen. 44. v. 14. Num. 20, 6. 2. Reg. 9, 6. 1. Cor. 14, 24. Unde & ipſe preces proſtratæ vocantur Jerem. 38, 26. & 42, 9. qvia à proſtratis coram Deo fiebant. Et apud Philonem de Vit. Contempl. ſunt certi Monachi, qvos ipſe vocat Ichetas, id eſt, ſupplices & decumbentes.*

12. *Hunc autem Deum adorandi ritum vel ab ipſo Adam vel ejus tempeſtate inventum fuiſſe colligo ex his verbis* Gen. *6.* ℣ 4: *Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis; poſtqvam enim ingreßi ſunt filii Dei ad filias hominum illæq; genuerunt. Ubi pro Gigantes habetur* vox נְפִלִים *nephilim, hoc eſt, cadentes ſeu proſternentes ſe. Qvo nomine tunc & longè poſterioribus ſeculis fideles, veriq; Dei cultores appellabantur à proſtratione in terram: eo qvod in orationibus & publicis Religionis exercitiis Deum proſtrati adorabant: eo modo qvo nunc à Chriſto vocamur Chriſtiani. Et paulò pòſt p. 17: Qvinam autem & cujus inſtituti eſſent filii Dei, videbimus poſtea cap 4. Interim maneat pro comperto, vocem Nephilim, pro qva vulgatus reddit Gigantes revera eſſe nomen, qvo primi fideles communiter appellabantur. Et*

in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

in Margine p.16: Primi fideles tempore Adami vocati ſunt Nephilim, id eſt, proſternentes ſe.

Pag. 20: *Concludamus igitur nomen Nephilim,* 13.
pro qvo legimus Gigantes, primum & commune nomen fuiſſe priſcorum fidelium, qvi ſic dicebantur, eò qvòd in publicis orationibus & religionis exercitiis freqventibus utebantur totius corporis proſtrationibus. Confer pag. 63. l. 1. cap. 8.

Pag. 22: *Illius autem proſtrationis forma graphi-* 14.
cè repræſentatur per iſtas loqvendi formulas: Proſtrati per horas tres in faciem benedixerunt Deum Tob.12.ult. Adhæſit pavimento anima mea Pſal. 118, 25. id eſt, tota mea perſona. Conglutinatus eſt in terra venter noſter Pſal. 43, 25.

Pag. 32, l. 1. c. 3. *Qvemadmodum pater Adam ſuos* 15.
qvodammodo ſpirituales filios habuit omnes veri Dei cultores, qvos appellavit Nephilim; & iſti ſtatum ſæcularium repræſentabant: ita Seth filius ejus ſtatum Eccleſiaſticorum inſtituit, qvos generali nomine donavit filiorum Dei: Sicut poſtea filius Enos monaſticæ vitæ fundamenta poſuit: Cujus ſectatores & Profeſſores ab ejus nomine Enoſchai ſunt appellati.

Lib. 1. c. 8. p. 63: *Sed qvare, inqvies, iſta nomi-* 17.
na paſſim ab interprete noſtro per nomen gigantum reddita conſpiciuntur? Ratio apud me eſt, qvod cum videret filios Dei, viros ſanctitate conſpicuos & omnibus admirabiles ab initio mundi vocari הַגִּבּוֹרִים *Gibborim (qvæ vox nonnunqvam pro portentoſæ molis corporeæ hominibus poſſet accipi) qvaſi virtute & ſanctitate ad miraculum usq; potentes & gigantes eſſent: In eodem giganteæ ſanctitatis ſenſu omnes illas voces accipit & tranſtulit. Imò, eadem prorſus mente vocem* נְפִלִים *Nephilim, id eſt,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

cadentes (qvam à proſternendo ſe in terram priſcorum primorumq; fidelium, ut nunc à Chriſto Chriſtianorum, commune & generale nomen fuiſſe diximus) vertit gigantes, eo qvod pietate, juſtitia & bonis operibus tales eſſent.

17. Lib. 1. cap. 8. p. 71: *Proinde concludendum ſanctiſſimos illos Patriarchas primos tam humani generis, qvàm divini cultus propagatores aut reparatores ſæpè in ſancto eloqvio gigantes nominari, & primò ab illis cultas regiones ad eorum commendationem, perpetuamq; memoriam, terras gigantum, & incolas de ſtirpe eorum nominari: ſed in illo ſenſu, qvem diximus: Qvia virtute, ſanctitate, animi magnitudine, conſtantia, & bonis operibus gigantes erant, omnibusq; mirabiles.* Hactenus Boulducus.

18. Ut autem Boulducianam diſſertationem, qvam paulò fuſiùs & confuſiùs proponit, intra certas metas arctatam clariùs & diſtinctiùs publicis oculis ſubjiciamus: certis Qvæſtionibus diſcurſus variis verborum involucris impeditos expedire conabimur.

QVÆSTIO II. *An ex Hebræa ſacri fontis periocha Gen. 6 v. 4 rectè colligatur primos fideles verosq; Dei cultores tempore Adami & longè poſterioribus ſeculis* הַנְּפִלִים *Hanephilim, id eſt, proſternentes ſe primo & communi nomine appellatos fuiſſe?*

19. BOulducus Theologus Pariſienſis diſertis verbis, qvæ modò allegavimus affirmare haut erubeſcit libro 1. de Eccleſia ante Moſen c. 2. p. 13. 16. 17. 18. 20. & cap. 3. pag. 32, uti ex ipſius dictis patet, qvæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

qvæ Theſi 12. ſ. afferuntur. Nos verò merito negamus.

Primò, qvia ſcopus Moſaicæ narrationis, tetras 20.
primorum verſuum c. 6, qvæ qvartam antecedit periocham, [ita nominare placuit exemplo divini Scriptoris Actor. 8, 32, ſic appellantis textum Prophetæ Eſaiæ, qvem legerat Philippus] in qva ceu principe ſede fictus piorum Nephilimorum ordo à Boulduco collocatur, nec non univerſus contextus clarè evincit, dictionem τῶν nephilim neutiqvam adhiberi à Spiritu Dei ad deſignandum primos ac priſcos fideles verósve Dei cultores ante diluvium.

Etenim totus in eo occupatur Moſes, ut omni- 21.
bus ob oculos ponat cauſas immiſſi à Deo ſcelerum intolerandorum vindice fatalis diluvii juſtiſſimas fuiſſe, atq; vivis colorib⁹ depingat profligatiſſimos Antediluvianorum carni, carnis illecebris, vagæ libidini, profuſionibus, luxuriæ, perverſis machinationibus, injuriis, oppreſſionibus, cyclopicæ violentiæ deditorum mores. Qvandoqvidem verò depravatâ iſtâ ætate adeo invaluit affectata malitia, ut flagitiorum ilias cum multiplicato genere hominum velut multiplicabilis in maximam excreverit ſummam ſummarum, ut cum Seneca loqvamur: ſeriam omninò Deus ſuſcepit cogitationem de univerſo priſco mundo aqvis abſorbendo, cunctisq; delendis, qvæ vitales auras ſpirabant, excepto juſto viro & Juſtitiæ præcone Noacho, & octo Noachidis ceu fidis Dei cultoribus atq; certo qvodam animantium numero tanqvam reſtaurandi orbis ſeminario Gen. 6. 7. 8. Matth. 24, 37, 38. Luc. 17, 26, 27. Hebr. 11, 7. 1. Pet. 3, 20. 2 Pet. 2, 5.

Ab hac univerſali perditiſſimorum hominum 22.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

colluvie atq; illætabili inundantium corruptelarum univerſitate utopicos Boulduci Nephilimos exemptos, & vero vivi Dei cultui devotos fuiſſe neq; hoc Geneſeos loco, neq; ullo alio ſacræ ſcripturæ teſtimonio confirmari poteſt. E diverſo catholica hæc Dei neminem excipientis niſi eos, qvos arca cepit, qverela à Moſe deſcripta extat Gen. 6. v. 12: *Et vidit Deus terram, & ecce funditus corrupta fuit:* כִּי־הִשְׁחִית כָּל־בָּשָׂר אֶת־דַּרְכּוֹ עַל־הָאָרֶץ׃ *Funditus corrupit omnis caro viam ſuam ſuper terram.* Et ℣. 11: *Funditus perdita eſt terra in conſpectu Dei.* Unde univerſa illa perditiſſimi orbis ſocietas à Petro nominatur Κόσμος ἀσεβῶν, *Mundus impiorum* 2. Epiſt. c 2. v. 5: καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὄγδοον Νῶε, δικαιοσύνης κήρυκα ἐφύλαξε, κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας, *Et priſco mundo non pepercit (Deus) ſed octavum Noë, juſtitiæ præconem ſervavit, diluvium* mundo impiorum *inducens.*

23. Cùm itaq; priſco ac perverſo iſto ſeculo iniqvitas non intra unum orbis angulum cōcluſa paucorum tantùm mentes fœdaverit, ſed impiorum integer qvidam mundus extiterit: qvi meritò ad infauſtas cataclyſmi aqvas damnatus, cum cunctis mundanis funditus periit, excepto cum ſuis juſto Noacho: tantùm abeſt, ut Boulduci Nephilim εὐσεβεῖς atq; pii Numinis cultores fuerint, ut potius una cum mundo ἀσεβῶν aqvis ſint ſubmerſi, qvia mundanis vitiis circumfluebant. Neq; culpâ vacabant, qvos commune ſupplicium oppreſſit, adeóq; communis ſceleris manifeſtos reddidit. Aqvarum enim diluvies non minus vitiorum expurgatio, qvàm vitioſorum demonſtratio. Tales ſi non fuiſſent Boulduciani Nephilimi, utiq; ad ligneum

Noachi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

Noachi aſylum ſe recepiſſent, illocq; protecti cum Noachidis nova futuri orbis ſpes fuiſſent. Sed Noach' illâ tempeſtate ceu juſtitiæ præco & pietatis avitæ tenax, cum totus mundus omni pravorum facinorum genere inundaret, undiſq; meritò obrutus periret, cum paucis ſuæ pietatis tunc amantibus ſervatus, extitit vivum perditorum Nephilimorum teſtimonium atq; exemplar pœnitentiæ poſteris Gen. 7, 13. Sirach. 44, 16.

Secundò, Sanctos hoſce Nephilimos mera eſſe 24.
vigilantis Boulduci ſomnia, luculento nobis indicio eſſe poterit illud τῶν נְפִילִים Nephilim Etymon, qvod ſcopo divinæ hiſtoriæ, ſacro contextui & Radicis τοῦ נָפַל *Naphal* uſui in ſacris Hebræorum voluminibus appoſitè qvadrat.

Sed huic ſpeciali ſignificatui initiò præmitte- 25.
mus eum, qvem שׁוֹרְשִׁית Radicalem aut יְסוֹדִי Elemẽtarium appellaveris. Communiſſimâ enim & primâ dicendi indole id notat נָפַל Naphal, qvod convenienter fonti Hebræo, ſi primam ſyllabam ademeris, vernaculâ voce dicunt Dani & Norvegi Falle/ Islandi Fellur/ Germani & Belgæ Fallen/ Angli to Fall/ Latini *cadere, ſubitò moveri deorſum*, Itali *Cadere, caſcare*, Hiſp. *Caer*, Galli *Cheoir*, nonnihil latinæ dictionis retinentes, Græci πίπτειν, qvibus propiores Slavones dicentes *paſti*, Dalm. *paßti*, Poloni *Upadan*, Bohem. *Padati, Padnauti, Upadnauti*, uti docet Hier. Megiſerus Cæſaris olim Hiſtoriographus in Polyglotto Theſauro p. 191 edit. Francof. 1603. Et hujus generalis & ſimplicis ſignificationis exempla paſſim obvia in Bibliis Exod. 21, 33. Deut. 22, 4. Levit. 11, 33, 37.

Ab hac radicali vocis uſu pullulant varii ſpecia- 26.
lium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

lium ſignificationum modi ceu ramuſculi pro caſuum, qvorum ſunt indices, multiplici varietate. Hos omnes & ſingulos ex univerſis Hebræi codicis locis ſtudioſè decerptos, in certas areolas ordine digeſtos atq; ad varia Scripturarum dubia illuſtranda promptos ſervat Panharmonicus noſter Hermes Hebræus, qvem privatim adornamus. Neq; enim noſtri inſtituti ratio nunc patitur, ut omnes & ſingulos hìc in numerato habeamus; ex numeroſa ſobole duntaxat eum ſignificatus Radicalis ramulum eligemus, qvi Moſis inſtituto & ſacro textui probè reſpondet.

27. Inter alias varias ſignificandi formulas, qvæ inſtar propaginum ex hac Radice variegatim excreſcunt, etiam illa exſurgit, qvâ τὸ נָפַל adhibetur ad exprimendum violentiſſimum impetum, quô qvis ceu œſtro qvodam percitus, ita in alium ruit, ut irruendo eum prorſus obruat & opprimat. 2 Sam. 17, ℣. 9: *Et erit* כִּנְפוֹל בָּהֶם *ſecundum irruere in eos,* hoc eſt, *cùm violenter impetum in eos fecerint* (milites Davidis) 70, ἐν τῷ ἐπιπεσεῖν, Job 1. v. 15: וַתִּפּוֹל שְׁבָא (*70* ἐπέπεσε) *Et irrumpendo oppreſsit Sabæus, tulit eos, pueros percuſsit gladio.* Joſv. 11, 7: וַיִּפְּלוּ בָּהֶם *Et irruptionem fecerunt in eos.* 70. ἐπέπεσαν αὐτοῖς, ſc. Joſva ejusqvé milites vi armata irruerunt in Regem Chaſor, Jobab, Simron, Chenanæum, Emoræum, Chittæum, Perizæum, Jebuſæũ, gentem numero multam ſicut arenam maris. Eccleſiaſt. 9, 12: *Sicut piſces capiuntur reti & aves laqveo: ſic capientur filii hominum tempore malo* (כְּשֶׁתִּפּוֹל) *cùm repentino impete irruerit in eos.* His accedat uſus verbi in qvarta Conjugatione Gen. 43, 17: *Timuerunt viri introducti in domum Joſeph & dixerunt: ob pecuniam illam, qva repoſita*

*poſita fuit in ſaccis noſtris initiò, ſumus introducti, ut de-
volvat ſe in nos, & violentum impetum* (וּלְהִתְנַפֵּל) *in nos
faciat, nosq́; mancipet & aſinos.* Et de inanimis Oſeæ
10, 8: *Dicent montibus, operite nos, & collibus* נִפְלוּ עָלֵינוּ
cadite ſuper nos, hoc eſt, ſic repentinô vaſtæ molis
impetu in nos ruite, ut obruendo nos opprimatis.

Veluti vero 70 Interpr. in locis nonnullis jam 28.
citatis uſurparunt verbum ἐπιπεσεῖν ad exprimẽdam
impetuoſam irruptionem violentámqve incurſio-
nem, qvâ repentè obrutus aliqvis invadenti prorſus
ſuccumbit; ita Aqvila horum interpretamento
congruenter vertit vocem נְפִלִים ἐπιπίπτοντες, *irruen-
tes, irrumpentes cum qvadam violentia*, ſom pluꝛzeligen
owerfalder oc nedfelder andre. Symmacho exponun-
tur, οἱ βίαιοι, offentlige Voldſmænd/ Lutherus Ty-
rannen: qvi Comment. in Gen. ita ſcribit: *Vocabu-
lum Niphlim accipio pro Tyrannis, oppreſſoribus, graſſa-
toribus.*

Tertiò, hunc Lutheri Commentarium noſtrám- 29.
qve etymi rationem tantò certiorem eſſe confidi-
mus, qvantò majus robur ac pondus ab ipſo Moſis
textu acqvirit. De ſumma enim Antediluviano-
rum violentia vehementer conqveſt⁹ eſt Deus Ge-
neſ. 6, 13: *Finis omnis carnis venit in conſpectum me-
um, qvia repleta eſt terra* חָמָס *violentia*, ut vertit
Thomas Malvenda preſſus Hebræi fontis interpres.
Eadem qverela totidem verbis perſcripta extat ℣.
11. Geneſ. 6. Targum Jeruſolymitanum ad hunc
℣. 11. hac utitur paraphraſi: אִתְמְלִיאַת אַרְעָא חוּמְסִין וְגוּזְלִין
Repleta eſt terra violentis raptoribus & prædatoribus.
R. Salomon ſcribit: לא נחתם גזר דינם אלא על הגזל *Non
conſignatum fuit decretum judicii eorum niſi ob rapinam.*
Intelligit decretum de ipſorum perditione, 70, vo-
ce

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

ce ἀδικίας utuntur. Etenim חָמָס vis eſt injuſtè atq; violenter illata nunc perſonis, etiam cum effuſo humano ſangvine Gen. 49, 5, nunc bonis; aliàs iniqva violentia, violenta oppreſſio, injuria, injuſtitia, bonorum direptio, Foſtero tyrannis qvæ in rapina conſiſtit. Qvi hujus ſceleris reus eſt vocatur אִישׁ חֲמָסִים *vir violentiarum*, hoc eſt, *violentiſſimus, à qvo ſibi valdè timuit David* Pſalm. 140, 2, 5. *& à qvo ſe liberatum fuiſſe magnopere gaviſus eſt* 2 Samuel. 22, 49. Confer Pſalm. 140. ℣. 12. Proverb. 3, 34. & 16, 29. Talis violentiæ reos fuiſſe Nephilimos Boulduci communis Dei qverela teſtatur, ſtat' maligni ſæculi oſtendit, communis pœna commonſtrat, & ipſum nomen indicat. Publici oppreſſores, injuſti raptores, imò homines impii audiebant teſte Petro 2. Epiſt. c. 2, 5. qvorum eximiam & admirabilem ſanctitatem ad ſidera uſq; extollit Boulducus l. 1. c. 2. p. 18. An hi dicendi ſint primi fideles veriq; Dei cultores, cunctis, qvibus vel unciola rationis ſuppetit, judicandum relinqvim'. Cùm violenta oppreſſio juſtitiæ laudem, iniqvitas æqvitatis, rapina cultus divini, publicæ tranqvillitatis perturbatio eximiæ fidei niveum calculum meruerit: tùm demum Boulduciani Nephilimi futuri ſunt Fideles, & veræ Pietatis cultores admirabili ſanctitate præditi audient.

30. *Qvartò*, nullo ſacrarum Scripturarum fundamento nititur hoc temerarium Boulduci pronunciatum. Qvod ſi univerſa monumenta tam V. Fœderis, qvàm Novi evolveris & cum cura piè expenderis, de perfacili animadvertes hanc Boulduci inventionem ne qvidem titivilitio æſtimandam eſſe. Sive enim aqud pios Patres antediluvianos ſive poſt-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

poſtdiluvianos Boulduci Nephilimos qvæſieris, fruſtrà eris. Luſtretur modò Catalogus antediluvianorum, qvem texit Moſes cap. 5. Gen. & poſtdiluvianorum, qvem idem exhibet c. 10. Gen. nec non 1. Paral. c. 1. cum his conferat indicem Genealogicum Matth. c. 1. & Luc. 3. deſcriptum; longam fidelium V. T. ſeriem evolvat, qvam caput 11. Epiſtolæ ad Hebr. videndam proponit, commendationem priſcorum Dei cultorum à Sirachide traditam cap. 44, 45. inſpiciat: mox altum ſilentium de Nephilimis ceu priſcis ac primis fidelibus deprehendet, & admirandam tanti Theologi temeritatem mirabitur. Et ſi talis religioſorum Nephilimorũ ſocietas unqvam extitiſſet, omni dubio procul cõſpicua valde & illuſtris fuiſſet, atq; ſacrarum literarum non minùs memorabilis, qvàm Nazaræorum, qvorum inſtituta, mores, vitæ rationes diligenter traditas accepimus à Moſe Num. 6, 1. ſ. cùm tamen Boulduciani Nephilimi valdè ſint & hactenus fuerint non modò obſcuri in tanta literarum luce, ſed planè poſt hominum memoriam inexplorati, nulliq; aut ſacro aut profano Scriptori cogniti, niſi ſoli Boulduco.

Imò ſi talis piorum titulus honorificus unqvam 31.
viguiſſet, utiqve hunc conſeqvuti fuiſſent Abelus, Henochus, Noachus aliiq; fideles, id qvod tamen haud factum memorat ſcriptura, ſed illis alios honoris, fidei & religionis titulos Spiritus Dei decernit. Etenim Abel fide copioſam præ Caino obtulit Deo hoſtiam, cujus nomine teſtimonium accepit à Deo, qvod *juſtus* eſſet Hebr. 11, 5. Henoch⁹ *ambulans cum Deo eidem cum primis placet* Gen. 5, 22, 24. Hebr. 11, 5. & ad imitandum tanqvam *exemplar*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

pœnitentiæ poſteris proponitur Sirach. 44, 16. Noach* verò pari pietatis contentione *ambulans cum Deo, vir juſtus ac perfectus inter ſuæ ætatis homines proclamatus gratiam in oculis Dei invenit* Gen. 6, 8, 9. *qvi fide χρηματισθεὶς, ejus, qvæ per fidem eſt, juſtitiæ cooptatur hæres* Hebr. 11, 7. Veluti in hac fidelium triade, ita apud alios pios S. Scripturæ monumentis celebres nullus auditur Nephilimorum titulus. Eqvidem Nazaræorum nomina haut tacet Scriptura. Nazaræi & nomen & omen habuit Simſon Jud. 13, 4, 5. Samuel 1 Sam. 1, 10, 12, 24, 28. Johannes Luc. 1, 15. Nephilimorum verò piorum, qvos ſibi imaginatur Boulducus, ut nemo nominatim in ſacris aut humanis literis exprimitur, ita nemo talis unqvam ibidem fuiſſe memoratur.

23. Qvando itaq; Boulducus l. 1. c. 2. p. 20, nomen Nephilim, pro qvo legimus Gigantes, primum & commune nomen fuiſſe priſcorum fidelium, & neminem talium Nephilimorum aut nominat, aut unqvam nominare poteſt, tacente Scriptura, indicat hoc pronunciatum tantummodo eſſe merum dictamen proprii ingenii ad fingendum nati, cui credat Judæus Apella haut inconſvetus conſimilium figmentorum & faber & æſtimator.

34. Qvoniam verò Boulducus non modò pronunciare audet Nephilim fuiſſe primos fideles, ſed etiam horum certum nomenclatorem indigitat: haut abs re fore arbitramur, ſi in hujus novæ aſſertionis veritatem inqviſiverimus. Tertio itaq; loco qværimus:

QVÆSTIO III. *An Adamus omnes veri Dei cultores appellaverit Nephilim, illiq; ſtatum ſæcularium repræſentârint?*

Affir-

AFfirmat Boulducus l. 1. c. 3. pag. 32. his verbis: *Qvemadmodum Pater Adam qvodammodo ſpirituales habuit filios omnes veri Dei cultores, qvos appellavit Nephilim, & iſti ſtatum ſæcularium repræſentabant: ita Seth filius ejus ſtatum Eccleſiaſticorum inſtituit, qvos generali nomine donavit filiorum Dei.* Nos verò negamus, nulloq; ſacræ Scripturæ teſtimoniô confirmari poſſe dicimus.

Qvemadmodum veritas unica, ſimplex atq; ſui 34.
ſimilis exiſtit: ita è diverſo falſitas varia eſt ac multiformis. Ut unda undam volvit: ſic inſtar undarum ſæpè glomerantur figmenta, atqve volubili qvodam æſtu in vagis ingeniis fluctuant. Haut aliter Bolduciana fingendi audacia creſcit eundo & ex ſucceſſu nova capit incrementa. Qvæ qvò plura fuerint, eò vaniora. Initiò id ſcribere haut reformidat de Adamo, qvod neq; Moſes ſcripſit, neqve ullus Scriptor antea ſcribere auſus eſt, nimirum, qvod *Adamus veri Dei cultores appellaverit Nephilim*. Hanc audaculam ſuam aſſertionem ne unico qvidem ſacrarum literarum apice aut certa auctoritate probavit toto ſuo opere, nec probare valet. Qvoniam verò Boulduc neq; auritus verborum Adamiticorum teſtis unqvam fuit, neq; ex divino qvodam tripode id hauſit, qva facilitate hoc à Boulduco affertur, eadem à nobis meritò rejicitur.

Qvod Adamus nomina indiderit animantibus 35.
Gen. 2, 20, qvod conjugem ſuam communi voce primò appellaverit אִשָּׁה iſcſchah Gen. 2, 23, eandemq; poſtea ſingulari nomine חַוָּה Chavvah Gen. 3, 20, credimus, qvia Moſes hoc affirmat. Qvod verò idem Adamus omnes Dei cultores vocaverit Ne-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

philim, haut credere tenemur, qvia ſolus Boulducus hoc tradit. Qvòd extiterint aliqvando Nephilim, homines corpore grandes, viribus potentes atqve moribus truculenti, aſſerimus, qvia eorum fidus aſſertor fuit divinus Scriptor Moſes: qvando verò & à qvo ſic cœptum eſt appellari hoc hominum genus, certò definire non audemus, qvia nec à Moſe, nec àb alio θεοπνεύστῳ Scriptore hoc priùs definitum accepimus.

36. Deinde, qvando novè aſſerit modò citato loco omnes illos cultores veri Dei appellatos Nephilim ab Adamo repræſentâſſe ſtatum ſæcularium, & à Setho filio Adami ſtatum Eccleſiaſticorum inſtitutum eſſe, tales apud primos mundi naſcentis Patres nobis narrat ſtatus, qvales tacet Scriptura: qvà tacente ſatiùs fuiſſet Boulduco tacuiſſe, qvàm præter ea, qvæ ſcripta ſunt, temerè loqvi voluiſſe. Prima vitæ antediluvianæ inſtituta ſui temporis diſtincto ſtatu, ſæculari & Eccleſiaſtico adeo exactè metitur Boulduc⁹, ac ſi αὐτόπτης rerum antediluvianarum ſpectator fuiſſet, & ſeriò obſervaſſet haut aliter vixiſſe primos mortales, qvàm hodiernos Gallos, Germanos, Italos &c. apud qvos tot aulæ, tot aulici, tot ſæculares, tot templa, tot Monaſteria, tot Monachi, tot Eccleſiæ, tot Eccleſiaſtici, tot Feſta, tot ordines, tot Sodalitates, tot ritus, tot cærimoniæ conſpiciuntur, qvot anguſtia noſtræ pagellæ non capit. Tales autem ut ex ingenio conſtituat Boulducus tam apud primi mundi incolas ante diluvium, qvàm eos, qvi longa ſerie ſeqvuti ſunt, Noachidas uſq; ad Moſen, omnibus animi viribus contendit. Id qvod vel ex ſolo titulo Libri Boulduciani manifeſtum eſt, qvi grandib⁹

pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

promiſſis dives eſt, nimirum, qvòd in hoc opere indicetur, *qvis à mundi principio uſq; ad Moſen fuerit ordo Eccleſiæ, qvæ Feſta, qvæ Templa, qvæ Sacrificia, qvi Miniſtri, qvi Ritus & Ceremoniæ.* Hic ſcopus autoris, hæc lucubrationum tribus libris comprehenſarum meta.

Etenim omnem movet lapidem, cunctas animi 37.
vires eò confert, omnesq; ſacræ ac profanæ eruditionis opes ei in primis inſtituto impendit, qvod ſervit Romanæ Eccleſiæ cærimoniis, decretis, ordinibus & ſodalitatibus violenter trahendis ex piorum Antediluvianorum cœtu. Cujus voti ut compos evadat, talem ſibi apud venerabiles Patriarchas imaginatur rationem ſtatus Eccleſiaſtici antiqviſſimo ævo fuiſſe, qvalem nunc ſervat Roma, qvalémqve ſervant Eccleſiæ, qvibus Religionis jura præſcribit. Videatur modo cap. 11. lib. 1. pag. 93, ut alia multa ſileamus, in qvo conſtituit *octo ſpeciales ſodalitates filiorum Dei ab Enoſch uſq; ad Chriſtum,* ſc. *Enoſchæorum, Cinæorum, Ceneſæorum, Hebræorum, Nazaræorum, Filiorum Prophetarum, Rechabitarum & Eſſenorum.*

Verum ipſum Boulducum loqventem audiamꝰ 38.
pag. 91. ſ. ſub initium Cap. 11. l. 1: *Qvamvis pſallere, hymnosq; cantare Deo in publicis conventibus nunc non ita peculiare ſit religioſis & monachis; qvin aliis Eccleſiaſticis, utpote, ſacerdotibus in parochiis, & Canonicis in ſuis Eccleſiis collegiatis etiam primò & principaliter pertinere videatur, etiam juxta priſcum Enoſchis inſtitutum, qvod primum, ſine dubio filiis Dei, qvi prius fuerant à Patre Setho ordinati, propoſuit. Nihilominus patet ex præcedentibus ſtrictiorem qvandam vitæ nor-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

mam inſtituiſſe, qvæ ſuam à communi filiorum Dei modo vivendi diſtinctam formam præ ſe ferebat, idq; in tribus qvæ collegimus jam ex illis juxta Hebr. verbis: Iſti ſunt illi ſtrenui qvi à ſæculo Enoſchæi nomine.

39. Primum *eſt, qvod ob ſingularem, majoremq; præ cæteris filiis Dei ad extra gravitatem, & fortaſſe etiam in veſtitu (qvem propter primi Adæ divinis manibus confecti veſtimenti reverentiam, in toto vel in parte pelliceum fuiſſe ferè probant verba Pauli de pellibus caprinis antiqvorum: item zona Eliæ & Joannis veſtimentum) mutationem, cum qvadam Emphaſi, qvæ apparet in Hebræo, dicebantur* Gibborim. Secundum *eſt, qvod ubi alii filii Dei more noſtrorum Eccleſiaſticorum cum populo, & ſæcularibus morabantur & converſabantur: Iſti à mundo ſegregati monaſticam vitam agebant. Qvod breviter continent iſta verba, Qvi à ſeculo.* Tertium, *qvod ubi Diſcipuli Seth & Eccleſiaſtici generaliter dicebantur filii Dei: iſti ab inſtitutoris nomine vocabantur* Enoſcæi.

40. Multa heic ſub incudem veritatis eſſent vocanda, ſi pateretur inſtituti noſtri ratio. Sed hæc ſolum duo momenta æqvis judiciis in anteceſſum expendenda relinqvimus.

41. *Primum:* ex qvo ſacræ Scripturæ loco probabit Boulduc, hymnos in publicis conventibus à religioſis & Monachis, à Sacerdotibus in Parochiis & deniq; à Canonicis in Eccleſiis Collegiatis, *nunc cani juxta priſcum Enoſchi inſtitutum.* Verba dat Boulducus, ſed ſua, non Scripturæ. Hæc vitiis latini ſermonis magis ſordeſcunt. Sed faciles qvidem nos habiturus eſt in condonando Solœciſmo, cujus reus eſt præceps Boulduci calamus. Scribit enim vitioſè, *aliis Eccleſiaſticis* utpote *Sacerdotibus* in Parochiis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

rochiis & *Canonicis* in ſuis Eccleſiis Collegiatis etiam primo & principaliter pertinere videatur, cùm Latino ſermoni congruenter ſcribere deberet, *ad alios Eccleſiaſticos* utpote *Sacerdotes*, in Parochiis & *Canonicos* &c. pertinere videatur. Qvem lapſum velox ſcribendi impetus & animus rebus fingendis magis qvàm verbis formandis intentus excuſaverit. Affectatus autem ipſarum rerum error plane inexcuſabilis eſt.

Secundum: qvo ſacrarum literarum teſtimo- 42.
nio confirmabit, qvòd Enoſch' *tale canendi inſtitutū ſine dubio Filiis Dei, qvi priùs fuerant à PatreSetho ordinati, primùm propoſuerit.* Credim' qvdiem *tempore Enoſchi nomen Jehovæ invocari cœptum eſſe*, qvia hoc tradit Moſes Gen. 4, 26. Sed canendi inſtitutū, qvale Monachi in ſuis monaſteriis, Sacerdotes Pontificii in ſuis parochiis, & Canonici in ſuis Eccleſiis Collegiatis ſervant, *à Setho filiis Dei primum propoſitum eſſe*, credere haut tenemur, qvia hoc ſol' Boulduc tradit, qvi nec Scriptor θεόπνευστος eſt, nec hymnis antediluvianis interfuit. Ut autem colorem aliqvem inducat falſo commento, allegat & erroneo interpretamento depravat hæc ultima verba verſus 4. Gen. 6. הֵמָּה הַגִּבּוֹרִים אֲשֶׁר מֵעוֹלָם אַנְשֵׁי הַשֵּׁם: *iſti potentes, qvi à ſæculo viri nominis.* Ne verò puritas Hebræi fontis admiſta pravæ gloſſæ ſorde collutuletur, qværimus:

An Boulduciana interpretatio Hebraicorum verborum (הַגִּבֹּרִים & מֵעוֹלָם) *quæ extant v. 4. c. 6. digna ſit, qvæ approbetur?* QVÆSTIO IV.

NEgamus. Nam I. qvando Boulduc fingit Eno- 43.
ſchæos dictos eſſe גִּבּוֹרִים *Gibborim cum qvadam emphaſi,*

emphaſi, tam ob ſingularem majoremq́ꝫ præ cæteris filiis Dei ad extra gravitatem & decentiam & fortaſſe etiam in veſtitu mutationem, qvàm interiorem filiorum Dei ſanctimoniam & modeſtiam, ut ſcribit p. 92. l. 1. & pag. 99. eod. lib. & c. non modò eximiam emphaſin vocis Hebrææ enervat, ſed etiam veram ejus indolem planè tollit. Scriptura Hebræorum גִּבּוֹרֵי חַיִל *Potentes fuiſſe virtute* docet Joſv. 10, 7. 2 Reg. 15, 20 c. 24, 14. 1. Par. 5, 24. c. 7, 2, 9. c. 8, 40. c. 12, 8, 21, 25, 30. c. 26, 6, 31. 2. Par. 14, 8. 2. Par. 17, 13, 14. Nehem. 11, 14. Nonnunqvam locô Numeri Singulari utitur codex Hebræus plurali: ut, גִּבּוֹרֵי חֲיָלִים. *validis viribus* 1. Paral. 7, 7, 11, 40. Talis aliqvando ἁπλῶς unica voce nominat גִּבּוֹרִים *Potentes, Fortes* Joſv. 10, 2. Judic. 5, 13, 23. 1. Samuel. 2, 4. 2. Sam. 1, 19. 2 Sam. 23, 8. Ezech. 32, 12. Interdum appellat גִּבּוֹר *potentem viribus & corpore grandem*, qvalis Goliath 1 Sam. 17, 51: *Et viderunt Peliſtæi, qvòd mortuus eſſet,* גִּבּוֹרָם *fortis eorum Gigas & fugerunt.* Tales autem fuiſſe גִּבּוֹרִים de qvibus textus Moſaic⁹ citatus à Boulduco è cap. 6, 4. Geneſ. loqvitur non pauci è Pontificiis dicti loci interpretibus docent, Eugubinus, Cornelius à Lapide, Mercerus, Bonferius, Malvenda, Leonh. Marius &c. cum qvibus priùs tranſigat Boulducus, qvàm vim Hebraicæ (גִּבּוֹרִים) voci juſto audaciùs inferat, atq; ea abutatur ad deſignandam *ſingularem majoremq́ꝫ præ cæteris filiis Dei ad extra gravitatem*, nec non *interiorem filiorum Dei ſanctimoniam & modeſtiam, qvæ tanta olim erat, ut omnibus mirabiles eſſent*, ut loqvitur Boulducus lib. 1. c. 11. p. 99.

44. II. Falſo gloſſemate depravatur vera ſententia Hebræi idiomatis, cum Boulducus verba illa (אֲשֶׁר מֵעוֹלָם)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

(מֵעוֹלָם) *qvi à ſæculo* violenter trahit ac torqvet ad indigitandos illos, *qvi à mundo ſegregati monaſticam vitam ante diluvium agebant.* Etenim Hebræa illa loqvendi forma in V. T. non tam adhibetur ad ſignificandam Monachorum antediluvianorum gravitatem vitamq; à vulgo ſegregem, qvàm longè arceſſitam & velut principialem qvandam antiqvitatem, ſeu antiqviſſimam alicujus rei originem, uſum aut tempus, qvando aliqvid longa ſæculorum ſerie aut tempore duravit, aut qvod olim cõtigit. Joſv. 24, 2: *Sic dicit Jehova Deus Iſraël: Trans flumen habitaverunt Patres veſtri* (מֵעוֹלָם) *à ſæculo.* 70, ἀπ' ἀρχῆς. Qvomodo dicuntur fuiſſe ἀπ' ἀρχῆς οἱ γίγαντες οἱ ὀνομαστοὶ εὐμεγέθεις ἐπιστάμενοι πόλεμον, *ab initio Gigantes magnæ famæ & ſtaturæ bellandi gnari.* Baruch. 3, 26. ſed ad lineam. 1 Sam. 27, 8: *Inhabitantes terram* (אֲשֶׁר מֵעוֹלָם) *qvæ à ſæculo* Jerem. 5, 15: *Gens* מֵעוֹלָם *à ſæculo ipſa eſt.* 70, τὸ ἀπ' αἰῶνος, Jerem. 2, 20: *Nam* מֵעוֹלָם *à ſæculo confregi jugum tuum*ךְ. Pſalm. 119. ℣. 52: *Recordatus ſum judiciorum tuorum* מֵעוֹלָם *à ſæculo.* Hoc alibi diſtinctis duabus dictionibus exprimitur. Jerem. 28, 3: *Prophetæ qvi fuerunt ante me & ante te* (מִן--הָעוֹלָם) *à ſæculo.* 70, ἀπ' αἰῶνος: qvomodo in N.T. apud Lucam Spiritui Sancto loqvi placet. Luc. 1, 70. Act. 3, 21. qvando fit mentio Prophetarum τῶν ἀπ' αἰῶνος. Joel 2, 2: *Similis illi non fuit* (מִן--הָעוֹלָם) *à ſeculo.* 70, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος. Imo obſervamus antiqvitatem hanc temporis & rerum qvæ in tempore fiunt deſcribi in ſacro Hebræorum textu per *dies ſæculi.* Eſa. 63, 11: *Recordatus eſt* יְמֵי--עוֹלָם *dierum ſæculi.* Eſdræ 4. v. 19: *Et qvæſiverunt & invenerunt, qvod urbs ipſa* מִן-יוֹמָת עָלְמָא *à diebus ſæculi inſurgat adverſum Reges & rebellet.* Apud Malach. 3, 4. exponuntur *dies ſæculi per annos antiqvos.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

45. Cum his V. T. loqvendi modis collata dictio Græca N. T. ſimiles locutiones inqvirenti videndas proponit. Johan. 9, 32: Ἐκ τοῦ αἰῶνος, *à ſæculo non auditum eſt, qvod aperuerit aliqvis oculos cæci nati.* Eph. 3, 9: *Myſterium dicitur abſconditum* ἀπὸ τῶν αἰώνων, *à ſæculis.* Col. 1. v. 26 *traditur abſconditum* ἀπὸ τῶν αἰώνον, καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, *à ſæculis & generationibus*, hoc eſt, multis ſæculis, aut ut Cicero loqvitur, multis ſæculorum ætatibus.

Ex hac συγκρίσει locorum V. & N. manifeſtum evadit, qvid ſignificet loqvendi formula, *à ſæculo*, & qvòd Moſes binas has dictiones (אֲשֶׁר מֵעוֹלָם) neutiqvam adhibeat ad indigitandos Monachos antediluvianos, qvi ſegregati à mundo Monaſticam vitam agebant, ſed, ſicut ipſæ Hebrææ literæ Latinis reſpondentes ſonant per עולם *olam* velit denotare, *olim*, ſeu priſca & prima tempora, à qvibus jam dudum celebres extiterant magni illi & potentes viri, qvorum miſcellam ſtirpem, ſobolem & vires deſcribit divinus vir.

46. III. Qvo artificio antediluvianos ſuos Monachos, qvæ vitam monaſticam & cœlibem agerent, fabricabit Boulduc ex hoc genere hominum, qvod à conjugio non abhorret, ingreditur ad filias hominum, eorum conſvetudine utitur, liberos procreat? Gen. 6, 4. Et Servator Chriſtus Matth. 24, 38: *Tempore antediluviano comedebant, bibebant, nubebant & nuptui tradebant, uſq; ad illum diem, qvæ Noe intra arcam ſe recepit.* Enoſch certe horum autor primus, judice Boulduco, nec cœlebs Monachus fuit, nec cœlibes liberos poſteróſve Monachos procreavit. Gen. 5, 10, 13, 15, 16, 18, 20. Hæc de hominibus, qvi ante diluvium vixerant, memorat

Scri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

Scriptura: de cœlibe *antediluvianorum Monachorum* vita, de *ſanctiſſima & piiſſima Enoſchæorum ſodalitate*, ut ipſe Boulducus p. 104. l. 1. c. 11 loqvitur, altùm in ſacris Hebræorum monumentis ſilentium.

Ceterùm qvò plura Boulduc cumulat Hermeneutica vitia, eò majora. Trium corruptelarum, qvarum una Boulduci linea damnas eſt, ultima graviſſima. Nam in prioribus duabus vocibus הַגִּבּוֹרִים & מֵעוֹלָם ſenſum tantummodo corrupit: in tertia verò אַנְשֵׁי, ut ſenſum pervertat, etiam literas corrumpit. Tantum ſibi indulget error ſemel iterúmqve admiſſus, ut cum numero capiat incrementum gravitatis. Docet enim *illos, qvi ob ſingularem majoremq́ præ ceteris filiis Dei gravitatem dicti ſunt Gibborim, & à mundo ſegregati monaſticam vitam agebant, ab inſtitutoris nomine vocatos Enoſchæos* p. 92. l. 1. c. 11. Qvæ aſſertio an verò Hebrææ vocis אַנְשֵׁי *Anſche* uſui conveniat, nunc porrò cum cura diſpiciendum erit, & inqvirendum, 47.

QVÆSTIO V.

Num in textu Hebræo legendum ſit אֱנֹשֵׁי *Enoſche non* אַנְשֵׁי *anſche, & ſitne hæc vox nomen Patronymicum & abſolutum denotans Enoſchæos?*

BOulducus anteqvam ſuos, qvos cerebro ſemel concepit, *Enoſchæos* abortivo niſu in lucem protrudit, priùs ac ſi eſſet unus ex *Nephilim*, violentas manus innocuæ dictioni אַנְשֵׁי infert, adeoq; textum Hebræum corrumpit. 48.

Etenim *primò* fingit אֱנֹשֵׁי *Enoſche* legendum eſſe p. 101, 103, l. 1. c. 11. loco אַנְשֵׁי *anſche*, qvod in ipſo fonte extat. Viden', ut ſuppoſititios ſuos Enoſchæos edat, falſa nomini Hebræo puncta ſupponit. Pri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

mæ literæ verum punctum *Patach* demit, & erroneum, nempe *Chateph ſægol* ſubdit. In locum *Scheva* perperam ſurrogat *Vau Cholem*. O infamem Theologi criticam falcem in famoſiſſimos Viros (אַנְשֵׁי הַשֵּׁם) audaci manu miſſam! Qvod nemo Judæorum, nemo Chriſtianorum Doctorum unqvam auſus eſt tentare, unus Minorita audet. Ut pariat homines, necat pro lubitu voces. Siccine ex fontibus Hebræi ſermonis arcana haurit Boulducus, ut titulus Boulduciani libri promittit, qvos priùs veneno inficit? Sed ſibi ſoli ſervet Boulducus tales arcanos hauſtus, retineat potiones, qvas unus ipſe præſcripſit cum Scripturæ noxa: qvæ viv' Dei ſermo exiſtens vanos unius mortalis ictus facilè arcet.

49. *Secundò*, qvando à ſuppoſititiis literis vocalib' ad ipſam vocem progredimur luſtraturi qvid illa detrimenti ceperit à ſtilo Boulduciano: deprehendimus Grammaticæ Hebrææ regulas aliqvoties in hac una & eadem voce vapulâſſe. Nam nomen אַנְשֵׁי, qvod Grammatici Hebræi vocant שֵׁם הַדָּבָר *Nomen rei*, & Latini vulgò *Appellativum* in *Patronymicum* vitiosè transformat, ut ſuos formet Monachos Enoſchæos. Qvamobrem, qvando Judæi & Chriſtiani interpretes voculam אַנְשֵׁי interpretantur *Viros, homines*, Boulduc perperam *Enoſchæos* p. 92, 98, 101, 102, 103, 104, 105. Qvos dum contra verum Lingvæ Eberinæ uſum ſibi fabricat, ſuæmet ipſe faber eſt infamiæ, & errorum Grammaticorum manifeſtè reus.

50. *Tertiò*, cum contra canones Hebræorum Grammaticorum nobis perſvadere conatur, *qvod ubicunq; hæc vox* אַנְשֵׁי *reperitur, non ſit in regimine, ut Mercerus & alii putant*, qvæ ipſius verba ſunt p. 103: novi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

vi vitii Grammatici ſemetipſum manifeſtum reddit. Etenim ex qva Grammaticæ Hebrææ regula analoga didicit Nomina Maſc. Patronymica pluralia, formæ integræ, apud Hebræos terminari *Zere* & *Jod* qvieſcente? Qvod ſi enim אַנְשֵׁי Patronymicum foret abſoluti ſtatus extra formam סְמִיכוּת ſeu regiminis, utiq; *ἀναλόγως* in *Mem* multitudinis deſineret, non in *Jod* qvieſcens præcedente *Zere*. Sic nomine Patronymico plurali יְהוּדִים *Jehudim*, Judæi nominantur Jer. 43, 9. non יְהוּדֵי *Jehude*. Sic אֲנָשִׁים אֲדֹמִיִּים *Anaſchim Adomijim*, non *Adomije* appellantur, Viri Idumæi 1 Reg. 11, 17. Deinde qvomodo vacabit regimine illa locutio, qvæ vocem הַשֵּׁם in plurimis Scripturæ locis comitem habet, qvæ Regimen conſtituit? Sed regi neſcit calam⁹ prompti Bolduci, qvãdo velox fertur ad præcipitia errorum, à qvibus etiam juniores ſibi cavere ſtudent, qvi vel intra prima Grammaticæ Hebrææ limina pedem poſuerunt.

Tertiò, à literis, qvas deformat, & à dictione, 51.
qvam vitiat, ad ſenſum qvando pergimus, qvem cudit Boulducus, obſervamus eum ita ſentire, ac ſi communes homini ſenſus penſi non haberet. Qvomodo enim rectè ſentiret, qvi alienum ſenſum & huic voci & aliis violenter obtrudit, & totam ſic ſententiam variorum in Bibliis locorum corrumpit? Sic Annæ orationem, qvæ 1 Sam. 1, 11. extat, depravat, ut Samuelem fictorum Enoſchæorũ familia oriundum fuiſſe dicat. *Si dederis*, inqvit Anna, *famulæ tuæ ſemen* זֶרַע אֲנָשִׁים hoc eſt, *virorum*, *virile*, Boulduc falsò vertit, *ſemen Enoſchim* pag. 105. Gen. 17, 23, אַנְשֵׁי בַּיִת *viros domus*, hoc eſt, *vernas Abrahami*, *Enoſchaos* interpretatur, ut conſtituat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

Abrahamum moderatorem & Archiman:ritam Cineorum, Cenezaeorum & Rephaim, qvi omnes erant filii Dei & Enoſchæi, Boulduci verba ſunt p. jam citata, cùm tamen expreſsè vocentur in eodem v. 23 יְלִידֵי בֵיתוֹ *filii domus ejus, ſeu nati in ejus domo atq; familia.* Neq; à pervertendo ſenſu periochæ [Num. 16, 2] abſtinet, אַנְשֵׁי־שֵׁם *Enoſchæos* eſſe fingens p. 104. Sed qvo fine? ut *ſodalitatem* [verba ejus ſunt] *& cœnobium Enoſchæorum* conſtituat in deſerto: licet in eo ſuis tentoriis contenti vixerint Iſraëlitæ Num. 16, 25, 26, 27.

52. *Qvartò* deniq;, hac inconvenientiſſima Boulduci interpretatione admiſſa, magn⁹ numerus locorum Scripturæ verô ſenſu fraudabitur, & ipſe Boulduc' pluſculorum abſurdorum damnabitur. Horum locorum nonnullos annotabimus, in qvib' cōſtructa vocula אַנְשֵׁי cum alio ſubſtantivo jungi ſolet, qvod haut rarò vicarium eſt Adjectivi. Gen. 47, 6, אַנְשֵׁי־חַיִל *Viri roboris, robuſti.* Exod. 18, 21. אַנְשֵׁי אֱמֶת *Viri veritatis, veri.* Gen. 46, 32, 34, אַנְשֵׁי מִקְנֶה *Viri pecoris, pecuarii.* Exod. 22, 31. אַנְשֵׁי־קֹדֶשׁ *Viri ſanctitatis, ſancti.* Num. 31, 28 אַנְשֵׁי הַמִּלְחָמָה *Viri belli, bellicoſi.* Confer Deut. 2, 14, 16. Joſv. 5, 4, 6. 1. Sam. 18, 5. 1. Reg. 9, 22, אַנְשֵׁי־חֶסֶד *Viri benignitatis, benigni.* Eſa. 57, 1: אַנְשֵׁי לֵבָב *Viri cordis, cordati.* Job 34, 10, 34. Et qvæ una voce explicari poſſunt. Gen. 19, 4. אַנְשֵׁי הָעִיר אַנְשֵׁי סְדֹם *Viri civitatis, cives, viri Sedom, Sodomitæ.* Joſv. 8, 25: אַנְשֵׁי הָעָי *Viri Ai, Ainitæ.* Joſv. 10, 6: אַנְשֵׁי גִבְעוֹן *Viri Gibeon, Gibeonitæ.* Joſv. 8, 5: אַנְשֵׁי סֻכּוֹת *Viri Succoth, Succothitæ.* Joſv. 9, 28: אַנְשֵׁי חֲמוֹר *Viri Chamor, Chamoritæ.* Joſv. 12, 4: אַנְשֵׁי גִלְעָד *Viri Gilead, Gileaditæ.* 1. Sam. 5, 7: אַנְשֵׁי אַשְׁדּוֹד *Viri Aſchdod,*

Aſch-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

Aſchdoditæ. Lev. 18, 17: אַנְשֵׁי הָאָרֶץ *Viri terræ, Incolæ Chananæi.*

Qvod ſi igitur in his & ſimilibus teſtimoniis 53.
locum habituri ſint Boulduciani *Enoſchæi*, qvod o-
mninò ipſe Boulducus contendit p. 103. cum ait:
nullos alios viros patronymico (אַנְשֵׁי) *ſignificari*, qvàm
Enoſchæos, ſeqvitur Monachos iſtos Enoſchæos fu-
iſſe in variis locis *bellatores*, diverſis in urbibus *ci-
ves*, fuiſſe *Gileaditas*, *Jacobi filios*, impios *Sodomitas*,
Ainitas, *Gibeonitas*, *Succothitas*, *Chamoritas*, in agris
Paſtores ac pecudum poſſeſſores, impios terræ Cha-
naan habitatores. Qvæ & ſimilia abſurda ex hac
nova Boulduci lectione & explicatione exſurgen-
tia teſtantur *Enoſchæos* ſuppoſititium *hominum* gen'
eſſe publica fide & admiſſione indignum, qvod u-
nus Gallus admiſit, eiq; cerebrum ſuum ſedem con-
ſtituit, ſed ſine populi ſuffragio.

Nobis igitur ſtat ſententia nuncium remitte- 54.
re Boulduco depravanti Hebraicas dictiones earúm-
qve veros ſenſus, affectanti abſurdas ſtrophas, & vi-
ros liberrimos monaſticæ vitæ mancipanti, atqve
ſeqvi tritam veræ interpretationis viã, qva אַנְשֵׁי הַשֵּׁם
exponuntur *Viri magni nominis*, *magnæ famæ & cele-
britatis*, qvi 70 Interp. nominantur ὀνομαστοὶ Gen. 6,
4. Et Barucho c. 3, 26, οἱ ὀνομαστοὶ οἱ ἀπ' ἀρχῆς. Hoc
titulo [אַנְשֵׁי הַשֵּׁם] inſigniuntur, ducenti qvinqvagin-
ta Principes cœtus Iſraelitarum Num. 16, 2. Et
mutatô numero ſubſtantivi, interdum celebres vi-
ri dicuntur אַנְשֵׁי שֵׁמוֹת *Viri nominum*. 1. Par. 5, 24. 1.
Par. 12, 30; Sicut אַנְשֵׁי מִלְחָמוֹת *Viri bellorum*. 1. Paral.
28, 3, pro מִלְחָמָה *belli*, Jer. 41, 16. Similes fuerunt
hi Gigantes famoſis & faſtuoſis illis turris Babylo-
nicæ ſtructoribus, qvorum hæc communis vox eſt
Gen.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

Gen. 11, 4: *Faciamus nobis nomen* נַעֲשֶׂה-לָּנוּ שֵׁם Atq; hæc Bolduco reſponſa ſunto ad varias corruptelas ultimorum verborum verſus 4. Gen. 6.

55. Ceterum cùm neq; hoc ſingulare ac Patronymicum piorum *Enoſchæorum* nomen ſucceſſerit Boulduco, neqve ſuperiùs ſolidè demonſtrârit, qvod primi veri Dei cultores prima & communi ὀνοματοκλήσει vocati ſint *Nephilim*: haut abs re fore arbitramur Scripturas ſcrutari, atqve in illis piè ac ſedulò inveſtigare,

QVÆSTIO VI. *Qvænam ſit hominum fidelium ac piorum ante & poſt diluvium communis appellatio?*

56. QVod ſi ſcire aves, *qvodnam fuerit primum ac commune nomen*, qvô gaudebant, qvi primi ac priſci veri Dei cultores habiti ſunt ætate antediluviana, haut neceſſum erit vanitatem cerebri humani ad partes vocare, cùm Scripturæ veritas heic præluceat, & ipſe Moſes eos nominet בְּנֵי-הָאֱלֹהִים *filios Dei* Gen. 6, 2. Tales eos appellat, qvales eſſe tenebantur: qvomodo etiam multis pòſt ſæculis Judæos filios ſuos vocat Deus uſus ore Jeremiæ, licet optimi Patris mandata contempſiſſe, idolis ſerviiſſe, adeóq; exſilio multati memorentur Jerem. 10. ℣. 16, 20.

57. Blanda hac appellatione uti voluit Deus compellaturus Iſraelitas Deut. 14, 1: בָּנִים אַתֶּם לַיהוָה אֱלֹהֵיכֶם qvam 70 interpretanturr, υἱοὶ ἐστε κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν, *vos eſtis filii Domini Dei veſtri.* Hanç etiam nomenclationem tanti æſtimavit ipſe Jehova, ut eam ceu teſſeram novæ conſolationis Iſraelitis ad ſe converſis redditam vellet, ſicubi contingeret, ut peccatis & Diaboli operibus indulgentes, eximio

hoc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

hoc nomine ſe indignos feciſſent teſte Oſea c. 1, 10: *Et erit in loco, qvo dicebatur eis, non populus meus vos, dicetur eis:* בְּנֵי אֵל־חָי *Filii Dei viventis.* Qvæ Prophetæ verba Paulus repetit Rom. 9, 26, & ſic explicat: καὶ ἔσται ἐν τόπῳ οὗ ἐρρήθη αὐτοῖς, οὐ λαός μου ὑμεῖς, ἐκεῖ κληθήσονται υἱοὶ θεοῦ ζῶντος.

Hæc piorum nomenclatura, qva in N. T. nunc 58.
υἱοὶ τοῦ θεοῦ, nunc τὰ τέκνα τοῦ θεοῦ appellantur per merè gratuitam υἱοθεσίαν Galat 4, 5. Eph. 1, 5. & per fidem in Chriſto Jeſu Gal. 3, 26, ut paterni amoris ita divinæ conſolationis pleniſſima eſt. *Qvoniam autem* ἐστε υἱοὶ, *miſit Deus Spiritum filii ſui in corda veſtra clamantem Abba Pater* Gal. 4, 6. Ideo beati celebrantur *pacifici*, qvia *vocabuntur* θεοῦ υἱοὶ Matth. 5, 9. Patientiæ & precum pro inimicis fundendarum princeps & omniũ efficaciſſima Svada judicata eſt Chriſto ſvavis hæc filiorum Dei Patris ὀνοματόκλησις Mat. 5, 44, 45: *Orate pro iis, qvi ſunt vobis infenſi & vos perſeqvuntur, ut ſitis* υἱοὶ τοῦ ὑμῶν πατρὸς, *qvi eſt in cælis.* Luc. 6, 35 iidem nominantur υἱοὶ τοῦ ὑψίστου.

Qva autem ratione & cujus merito gratuitæ 59.
hujus υἱοθεσίας copia hominibus facta ſit, ipſe Servator tradit Johan. 1, 12, 13: *Qvotqvot receperunt eum dedit eis poteſtatem* τέκνα θεοῦ γενέσθαι, *credentibus in ipſius nomen: qvi non ex ſangvine, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, ſed ex Deo geniti ſunt.* Confer Rom. 8, 14, 15, 16, 17. Rom. 9, 8. Phil. 2, 15: 1 Johan. 3, 1, 2, 10. & c. 5, 2.

Qvamobrem talis & tanta eſt hæc filiorum Dei 60.
appellatio, qvam Scriptura Gen. 6, 2. etiam priſcis primæ ætatis piis habitis tribuit, ut Boulduco nulla neceſſitas incumbat affingendi piis antediluvianis novas appellationes. Nullus enim eſt titulus

aut duratura gloria auguſtior, divinis promiſſis amplior, amore blandior, ſolatio efficacior, aut deniq; perpetuo gaudio deſiderabilior. Hunc omnium glorioſiſſimum titulum, ejus magnificentiſſima privilegia, triumphales palmas & Lauros, qvæ nullo ſtilo ſignari, nullisq; verbis ſatis exprimi valent, æternabit ipſum cœlum. In qvo, qvi ex mera gratia fuere filii Dei in hoc ſæculo, non modò *filii* ἀναστάσεως *&* ἰσάγγελοι *futuri ſunt*, ſed etiam plena gloria υἱοὶ τοῦ θεοῦ *filii Dei*, teſte veritatis Magiſtro Servatore Christo Luc. 20, 36.

61. Mirari autem ſubit, qvid cauſæ ſit, cur ingenioſiſſimus Boulducus non fuerit contentus tam glorioſo & æternùm fructuoſo nomine, qvod à Moſe uſurpatum legimus, operamq; fruſtrà in eo conſumpſerit, ut formidabile *Nephilimorum* & Utopicorum *Enoſchæorum* nomen cum deſiderabili titulo commutaret.

62. Porrò veluti antiqva veritatis via, qvia tuta eſt ac ſui ſimilis, hominum animos veri inveſtigandi amore flagrantes ad optatam metam rectà deducit: ita devia novarum opinionum veſtigia variis impedita ambagibus non tam ducunt qvàm circumducunt mentes cupiditate diſcernendi vera à falſis inflammatas, ut ſinuoſo verborum anfractu error fiat inobſervabilis. Hoc utitur Boulducus obvia veræ ſignificationis veſtigia Hebræorum vocibus impreſſa obtriturus, cœca ſua relicturus, & per tecta errorum ſpacia ſeducturus ſui ſeqvaces. Sed ſeqvatur qvi volet ſerio ſtudio errare: nobis verò certum eſt non ſeqvi, nedum premere titubantis Boulduci veſtigia, ſed explorare, in iis viſos errores, ut declinentur, indigitare, vagabundum Boulducianæ ſcri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

ſcriptionis impetum ſiſtere, & intra certas *Quæſtionum* metas coërcere.

Verborum autem modò oſtendimus errata: nunc rerum ac verborum devia monſtraturi. In qvibus proponendis non minùs utitur inſidioſa circuitione atq; confuſione, qvàm in nova vocum criſi. Per ſcripturas ſaltuatim vagatur opinionis erroneæ fulcimenta corraſurus. Vellicatim carpit dicta, non ſollicitâ conſideratæ mentis indagine ſcrutatur. Qvod ut manifeſtum evadat: qværimus, 63.

QVÆSTIO VII.

Sintne dicta Scripturæ, qvæ affert Boulduc p. 16. & 22, ex fontibus Hebræi ſermonis rectè hauſta & uſurpata ad probandum Nephilim fuiſſe primos veri Dei cultores?

QVoniam in ipſo titulo Boulduc ſpondet ſua ſe *arcana hauſturum ex fontibus Hebræi ſermonis:* agedum exploratum eamus, num publicam promiſſi ſui fidem liberârit, præſertim jacturus prima ſuæ aſſertionis fundamenta. *Complures enim reperiuntur lingva factioſi, inertes opera, ſubleſta fide*, ut ſcribit Plautus Bacchid. act. 3. ſcen. 6. Taliſne ſit Boulduci fides in ſervandis promiſſis, in rectè citando & accommodando Hebræo textu ad ſcopum, qvem ſibi ſemel ſtatuit, ex ſeqventibus Animadverſionibus patebit. 64.

Animadverſio prima: Dicti, qvod Boulducus citat p. 16. & nos ex eo th. 11. ex 2. Reg. 19. v. 18. (juxta Vulg. Verſ. ſed juxta Hebræum textum 2. Sam. 19) interpretationem ex ipſo Hebræi ſermonis fonte ἀκριβῶς non hauſit. Ait enim Simei ſe *proſtraviſſe* coram Rege cùm tranſiſſet Jordanem, cum tamen in Hebræo non ſit: וַיִּתְנַפֵּל ſed נָפַל qvod 65.

70 ἔπεσε, Vatablus *procidit.* Deinde ex hujus loci explicatione ſeqvitur, qvòd dicendi fuiſſent מִתְנַפְּלִים *Mitnapelim*, juxta ſenſum Boulducianum, non נְפִילִים *Nephilim.* Sed ſi vel his ceu minutis παρέργμασι ignoſcendum eſſet: accedit tertium incommodum planè intolerandum, nempe ipſius rei inepta probatio. Nam probaturus religioſum veri Dei cultum, utitur illo Scripturæ teſtimonio, qvo non tam humillima erga Deum devotio ſignificatur, qvàm exterior qvædam civilis honoris erga homines declaratio. Etenim Simei tactus conſcientia recentis criminis læſæ Regiæ Majeſtatis & ſummè offenſi Davidis, qvem maledictis, convitiis & lapidibus nuperè inſectatus fuerat 2.Sam.16, 5, 6, provolvitur ad pedes Davidis reducis victoris, veniam humi abjectus deprecatur. Boulducus autem tenebatur demonſtrare ritum Dei adorandi, non externæ Cærimoniæ, qvâ homo homini ſe ſubmittit.

66. *Secunda:* Qvando Boulducus docet, qvod verbum נָפַל hanc vim præſertim habeat in *Hiphil*, impingit in prima Grammatices Hebrææ limina. Nam verbum, qvo ter utitur Moſes Deut. 9. v. 18, 25 [non 15, ut Boulduc habet] non eſt *Hiphil* conjugationis tertiæ, ſed *Hithpael* Conj. qvartæ. Moſis enim hæc ſunt verba: *Et proſtravi me ad faciem Jehovæ* וָאֶתְנַפַּל לִפְנֵי יְהֹוָה Deinde ex qvartæ Conjugationis forma neqveunt deduci *Nephilim*, ſed *Mitnapelim*, qvod modò notatum. Tertiò Hermeneuticam ἀκρίβειαν dignam Hebræi fontis tenace Scriptore non ſervat, qvòd vulgatum interpretem magis ſeqvutus qvàm fontem verterit: *Et jacui coram Domino 40 diebus & 40 noctibus qvibus cum ſupliciter deprecabar*, cum fonti convenienter transferendum eſſet:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

eſſet: *Et proſtravi me ad facies Jehova quadraginta diebus & quadraginta noctibus, qvibus me humi abjeci.* Qvod ſi enim in Hebræo legeretur שָׁכַב rectè vertiſſet, *& jacui.* Sed in fonte eſt וָאֶתְנַפַּל *& cadere me feci, proſtravi, abjeci.* Adde, ſi Moſes dixiſſet הַעְתַּרְתִּי ſicut ſcriptura loqvitur Exod. 8. ℣. 29. vel ex uſu Chaldaico הִתְחַנַּנְתִּי locum haberet Boulduci & Vulgati interpretatio, *deprecabar*, ſed habet הִתְנַפַּלְתִּי, *proſtravi me*.

Tertia: Ejusdem animadverſionis damnas eſt locus Esdr. l. 1. c. 10. v. 1. ubi non legitur in fonte וְשׁוֹכֵב verùm וּמִתְנַפֵּל *& proſternens me.* Deinde vi hujus loci dicendi fuiſſent *Mithnapelimi* non *Nephilimi*, qvod urget Boulduc. Tertio non eſt *Hiphil* tertiæ Conjug. verbum, ut ab adverſario allegatur, ſed Benoni Conjug. 4. *Hithpael.* 67.

Qvarta: Dictum Gen. 44, 14. 2 Sam. 9, 6 non ſtringit, qvia loqvitur tantùm de adoratione honoraria, qvâ ceu externâ reverentiæ ſignificatione uſi perhibentur Juda & fratres ejus erga Joſephum, & Mephiboſeth erga Davidem. Religioſæ verò adorationis ne minimum qvidem illis in locis veſtigium apparet. Deinde Conjugat. eſt primæ *Kal*, non *Hiphil*, cui Conjugationum claſſi ſuas probationes inconſideratiùs Boulduc adſtrinxit. 68.

Qvinta: Geminum teſtimonium, qvod Boulduc allegat è c. 38, 26. & 42, 9 haut qvadrat adverſarii propoſito. Nam de actu petendi & ſerio exorandi ſtudio tantum loqvuntur, non exprimunt ritum adorandi, qvi toto humi corpore provoluto fiebat. Deinde ipſa forma vocis non apta eſt ad id probandum, qvod intendit Boulducus. Ex ea enim concluditur ob formam מַפִּיל *Mapil Mapilimos* appellan- 69.

dos pios Boulduci, non *Nephilimos*. Id qvod non tam aſtruit qvàm deſtruit novum adverſarii inventum.

70. *Sexta*, cum teſtimoniis Scripturæ adjungit Philonis auctoritatem, duo notamus: *Primum* eſt, qvòd ſcribat *Ichetas*, cùm orthographica ratio poſceret, *Hichetas* Latinè ſcribi oportere. Unde ἱκετερίαν Hebr. 5, 7. Extat hæc vox ἱκέτης in titulo Libri, qvem ſcripſit Philo de vita Theoretica. Titulus Græcus ita ſonat:

ΠΕΡΙ ΒΙΟΥ ΘΕΩΡΗΤΙΚΟΥ
Η ΙΚΕΤΩΝ ΑΡΕΤΩΝ.

Hoc eſt, *de vita Theoretica aut ſupplicum virtutibus* Philonis Judæi Liber. Facilis autem fuit lapſus, qvia majuſculæ literæ Jota aſperi ſpiritus nota ſuperimpoſita non cernitur. Secundus, cum dicit certos eſſe apud Philonem Monachos, qvos ipſe vocat Ichetas, fallitur.

71. Etenim, Num hi veri Monachi dicendi ſint? qvi teſte Philone, dicto libr. p. 687. ſ. ed. Col. Allobr. 1613. habent ſuas θεραπευτρίδας *conjuges*, *habent liberos*, *alunt familiam*, *qvi legem tantum & Prophetas legunt*, ut alia taceamus, omnibus, qvibus vel mica rationis ineſt, judicandum relinqvimus.

72. *Septima:* Dicta Scripturæ Tob. 12. v. ult. Pſalm. 44, 26. Pſal. 118, 25. qvæ allegat Boulduc p. 22. & nos ex eo ſuprà th. 14. parum apta ſunt Bouldučiano inſtituto. Nam in Tobiæ c. 12. nulla fit mentio devotæ orationis, ſed caſus repentini in terram ex metu orti v. 16. Cum animadverterent Tobiæ parentes fuiſſe Angelum Raphaëlem, qvi filium deduxerat, metu conſternati ſe humi abjecerunt.

Oratio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

Oratio autem illa, qvam ex verſu ultimo adducit Boulduc, *Proſtrati per horas tres in faciem benedixerunt Deum*, eſt vulgati Interpretis nimis audax additamentum. Nam Græcus Tobiæ textus ita habet: Καὶ ἐξομολογοῦντο τὰ ἔργα μεγάλα ϗ θαυμαστὰ τοῦ Θεοῦ, *& magna atq; admiranda Dei opera confitebantur*. Deinde Pſal. 44, 26 non agitur de ritu adorandi Deum, ſed de ſummo periculo & adverſitate, qvæ miſeros humi proſternit vel proſtratos pænè opprimit. Hyperbole eſt, inqvit Genebrardus in hunc Pſalmum, *Vita noſtra alliſa eſt pulveri, propinqva eſt ſepulchro:* non poſſumus dejici & affligi profundiùs. Confer Simeonem de Muis ad eundem Pſal. Idem eſto judicium de verbis Pſalmi 119, 25. qvibus Genebrardus docet ſignificari *hyperbolicè ſummum periculum & miſeriam*.

Octava: Ex omnibus V. T. locis, qvos Boulducus p. 16. l. 1. c. 2. citat, & nos ex ipſo allegamus, ſententiam ej⁹ proponentes th. 11, unus tantum eſt Num. 20, 6. qvi rectè ſe habet. His addit Num. 16, 4. Gen. 17, 3. Joſv. 5, 14. Job 1, 20. qvæ citantur p. 22. l. 1, c. 2. qvæ verò ibidem adjungit dicta Gen. 24, 48. c. 18, 2. c. 47, 31 ἀπροσδιόνυσα ſunt. 73.

Nona: Rem ipſam qvod ſpectat, & rationem cultus ac fidei antediluvianæ, qvam ducit Boulducus ex hoc adorandi ritu, ea plus ingenii qvàm roboris oſtendit. Nam licet externum fuerit ſignum humillimæ devotionis & reverentiæ erga ſupremum Numen, totum corpus pronum humi abjicere, manus, pedes & lacertos extenſos terræ velut affigere, oculos ac vultus pudore intuendæ lucis à Sole, à cœlo, & à conſpectu hominum abducere: tamen nec certum nec *proprium fidelium*, 74.

nec

nec *perpetuum veræ fidei ac cultus* τεκμήριον fuit. *Proprium* non eſt, qvia & ritus eſt declarandi externi & civilis honoris, qvo infideles etiam uſi ſunt. Qvod ipſe Boulducus fatetur, & exemplo Legatorum Carthaginenſium probat p. 15. th. 11. à nobis adducto, qvi, teſte Livio lib. 30. pag. 355. Edit. Pariſ. 1625, ubi in caſtra & prætorium pervenerunt, more adorantium, accepto [credo] ritu ex ea regione ex qva oriundi erant, procubuerunt.

75. Nec *perpetuum veræ fidei ac cultus* ſignum eſt, ſed & externi honoris declarãdi, exemplo Rebeccæ Gen. 24, 64. Fratrum Joſephi Gen. 44, 14. 50, 18. Mephiboſethi 2 Sam. 9, 6. Simei 2 Sam. 19, 18. Abdiæ Prophetæ 1 Reg. 18, 7. Abigaelis 1 Sam. 25, 23. Amalechitæ 2 Sam. 1, 2. Mulieris Thecoitis 2 Samuel. 14, 4. Eſtheræ, Eſth. 8, 3. Cum itaq; hæc conſvetudo & infidelibus fuerit communis & nonnunqvam externæ tantùm reverentiæ indicium: neutiqvam ex ea firmum necti poteſt argumentum veræ pietatis & fidei, qvâ Nephilimos in primis eam ob cauſam præditos fuiſſe docet Boulduc, *qvod in orationibus & publicis religionis exercitiis Deum proſtrati adorarent, eo modo qvo nunc à Chriſto vocamur Chriſtiani*: de qvo jam X Animadv. dicendum erit.

76. *Decima:* Si Boulducus tam certus foret de Nomine & omine *piorum Nephilimorum*, atq; nos ſecuri ſumus de ſalutari *Chriſtianorum* nomine, qvod *Chriſto* Servatori noſtro acceptum referimus, lis eſſet deciſa, & libenter ei herbam eſſemus porrecturi. Sed longè aliter ſe habet. Nam nomen Chriſtianorum in Antiochia primum uſurpari cœptum eſt Act. 11, 26, cum prius Diſcipuli iidem vocati ſint. Ecce, mi Boulduce, tibi & *locum*, in qvo ſic

ap-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

appellantur, & ipſum CHRISTUM, à qvo nomen acceperunt, & perſonas, qvibus inditum eſt, nimirum *Diſcipulis*, & deniq; *θεόπνευστον Scriptorem* Actuum Apoſtolicorum, qvi hoc literarum monumentis conſignavit. Tu modò oſtende nobis *verum locum*, in qvo primi pii antediluviani appellati ſint *Nephilimi*, certò indigita *eum*, à qvo hoc nomen primò ſunt conſeqvuti, monſtra *Perſonas* hoc nomine appellatas, & *teſtem* à divini Spiritus afflatu commendabilem, qvi Nephilimorum fidelium nomen fidis ſacrarum literarum monumentis prodidit, & mox in tua caſtra conceſſuri ſumus. Sed hoc tandem ad Græcas Kalendas expeditum dabis.

Undecima: Si vel maximè Hebræum verbum 77.
נפל conſtructum cum aliis vocibus, non rarò adhibeatur ad indigitandam ſummam devotionem, honorem & humilitatem, qvâ uſi leguntur pii poſtdiluviani Deum adorando & totum corpus humi proſternendo: tamen ex ſingulis hujus vel alterius Verbi ſignificationibus ſimilis conditionis, ſingularia nomina cultorum Dei non licet exſculpere. Nam ſi tot nomina fidei & cultus antediluviani cõfingere liceret, qvot ſignificat' in ſtructura ſermonis Hebræi admittunt talia verba, valde prolixus Catalogus religioſorum Nominum texi poſſet, multiplex Ordinum, religionis & fidei varietas exſurgeret, atq; numerus Piorum pro cujusvis luxuriantis ingenii indomita & inexſaturabili fingendi libidine creſceret. Cui incommodo facilè obviam iiſſet Boulduc, ſi illud Etymon τῶν Nephilim elegiſſet, qvod ſcopo ſacri Scriptoris Moſis contextui, rei naturæ & vocis uſui reſpondiſſet, nec tanta temeri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

meritate receſſiſſet à communi ſuæ Eccleſiæ Doctorum Pontificiorum ſententia.

78. *Duodecima:* Ad extremum, ut à rationibus ad auctoritatem veniamus, cum hæc nova Boulduci ſententia ita comparatum eſt, ut ſi ei locus concedatur, locô movebit veteres pariter ac novos Interpretes tam Chriſtianos qvam Judaicos, qvi citatum Geneſeos locum Commentariis illnſtrârunt, atqve illos ignorantiæ damnabit. *Ceſſet*, inqvit Boulduc l.3.c.3.p.323, *vetus illa acceptio nominum Rephaim, Nephilim, Enacim & ſimilium pro monſtroſæ molis corporeæ viris: qvorum veræ ſignificationis ignorantia tantam multis Scripturæ locis attulit obſcuritatem.* Sed cordatum Jacobi Saliani Annal Eccleſ. tom.1.p 146. Ed Pariſ. 1641 de hac nova Boulduci accuſantis alios ignorantiæ, cujus ipſe reus convictus eſt, opinione, judicium audiamus. Initiò narrat ejus ſententiam, illiq; adjungit hanc Boulduci concluſionem: *Maneat*, inqvit, *pro comperto vocem* Nephilim, *pro qva Vulgatus reddit*, Gigantes, *revera eſſe nomen, qvo primi fideles communiter appellabantur. Cap. autem octavo ait dici* Gigantes, *eò qvòd gigantea Virtute & Sanctitate præditi eſſent. Itaq; Nimbroth, qvi Gigantibus annumeratur, virum eximiâ virtute & ſanctitate fuiſſe putat. Verùm cùm hæc admodum nova ſint & nudæ vocis notatione, eaq; coacta & parum certa nitantur, & omnium antiqvorum Patrum & recentium Doctorũ expoſitioni ſenſuiq; repugnent, non puto probanda, nec ſenſui Eccleſiæ, qvæ ore ſuorum Doctorum loqvitur, ſatis conſentanea. Ut omittam iſtam ad miraculum uſqve ſanctitatem legi Chriſti Domini reſervatam, non legi naturæ ac ſcriptæ conceſſam. Sed nec probanda puto, qvæ negat de magna Gigantum ſtatura, contra totius antiqvita-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

qvitatis conſenſum, ſenſumq́ communem. Hæc Salianus. Stupendam hanc Nephilimorum *Sanctitatem Giganteam* vocat Boulducus p. 63. l. 1. c. 8. nec non aſſerit p. 71. l. 1. c 8, *illos virtute, ſanctitate, animi magnitudine, conſtantia & bonis operibus Gigantes fuiſſe, omnibusq́ admirabiles.* Vid. ſuprà th. 16. [ita enim in margine legendum, non 17.] & 17. Qvæ cùm necdum ſint ad trutinam veritatis expenſa: ultimo loco qværimus:

An Nephilim Gigantes fuerint virtute, ſanctitate, pietate, juſtitia, & bonis operibus ad miraculum uſq; omnibus mirabiles? QVÆSTIO VIII.

BOulducus affirmat citatis modò locis: qvibus ceu Gigantea abſurditate mirabilibus reſpondeat ipſe Boulducus miraculoſæ iſtius & Giganteæ Sanctitate mirus admirator & primus auctor: hoc eſt, *Boulducus opponat ſe Boulduco.* Nos enim & pudet & tædet reſpondere ad tam manifeſtè abſurda. 79.

Reſponſio Boulduci oppoſita Boulduco deſcribitur ab ipſo Boulduco pag. 59, lib. 1. cap. 7, & qvidem his verbis:

INde nobis lumen emicat ad dignoſcendum, unde nomen Gigantum, de qvibus mira tam in profanis qvàm ſacris leguntur codicibus, veram ducat originem: qvam utiq; de proximo nobis indigitat Pſaltes, cùm ait: Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes, qvi habitatis orbem. Qviq; terrigenæ & filii hominum Pſal. 49, 2, 3, *Satis indicas terrigenas & filios hominum eſſe ſynonyma: nempe eos qvi terræ incolæ terram ſapiunt, illosmet eſſe, qvi ita ſunt homines, ut non niſi humana ſapiant, qvi ſunt gravi corde, diligentes vanitatem, & qværentes mendacium* Pſalm. 4. v. 3. *juxta qvem ſenſum, qvod in* 80.

priori Pſalmo per nomen Adam, vile qvid ſonans in Hebræo eſt בְּנֵי אָדָם *Bene Adam, Græci tranſtulerunt* γη-γενέαι, *& juxta eos Vulgatus noſter, terrigenæ:* &c: *Hinc faci è deducitur unde nomen Græcum* γίγας *ſit derivatum: qvaſi dicas,* γηγενὴς *terrigena. Qvod etymon non ſolùm p cuit Philoni l. de Gigantibus, & ab Auguſtino c. 35. de Civit it. Dei cap. 23. indicatum eſt: ſed etiam in libro Proverbiorum c. 9, 18 ſeptuaginta* pro Hebræo רְפָאִים *Rephaim, Latinè Gigantes verterunt* γηγενεῖς. *Agnovit & Homerus, cum dixit:*

—— Γηγενέων ἀνδρῶν ἔργα γιγάντων

—— *Virorum terrigenarum opera gigantum.*

Hinc fabulæ de gigantibus, qvi terræ dicebantur filii ab irata Ope, ſeu terra editi in Deorum ultionem. Nimirum, qvi à terreno Adam progeniti בְּנֵי אָדָם *Bene Adam, id eſt, terrigenæ qvidem erant: ſed præterea propter inordinatum ad mundi vanitates, carniſq; delicias affectum, & caro, & homines ad ſæculum appellantur in Geneſi c. 6. v. 4.* Et pag. 61. *Iſti ergò ſunt, qvi ſolutis fabularum involucris, olim Diis bellum intulerunt, aut è cœlo detrudere voluerunt.* Mox cum nonnullis Patribus negantib' *Gigantum nomine inuſitata mole & proceritate corporis homines intelligi*, vocat *ſolùm ſuperbos, impios, ſævos terræq;*, hoc eſt, *terrenis tam mundi qvàm carnis voluptatibus affixos.* Hæc Boulducus reſpondit Boulduco.

81. Singula non examinamus: tantùm *initiò* ponimus ob oculos vobis Boulducum prorſus Nephiliamum, [ſit venia voci] Giganteæ Sanctitatis everſorem heic oppoſitum Boulduco Giganteo Nephilimianæ ſanctitatis priùs aſſertori. *Deinde* ſiſtim' vobis Boulducum heic docentem *homines ad ſæculum* ſignificari voce מֵעוֹלָם *propter inordinatum ad mundi* *vani-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

vanitates carnisq́ delicias affectum &c. oppoſitum Boulduco tradenti p. 92. c. II. l. 1. th. 38, 39. dictione מֵעוֹלָם *à ſæculo*, denotari ſegregatos à mundo & monaſticam vitam agentes. Id. vid. Com. Bold in Job. t. 2. p. 24.

Tertiò, ex occaſione fabularum de Gigantibus 82.
qvarum meminit Boulduc, & qvarum magnam partem Græci ex Ægyptiis mutuam acceperunt: haut abs re fore arbitramur Ægyptiacum ΓΙΓΑΝΤΟΠΑΝΤΟΡΗΚΤΑ afferre ex antiqvo Lapidis ἐκτύπῳ, qvod magni nominis & diffuſæ eruditionis vir, CL. SALMASIUS videndum proponit Diatriba de Annis Climactericis pag 570. edit. Lugd. Batav. 1648, præmiſſis & ſubjectis ipſius Salmaſii verbis: Ἔκτυπον, inqvit, *l pidis, in qvo Decani* χολχνοῦβις *nomen legitur hic ſubjic am cum averſa ejus facie, qvæ inſcripta eſt Characteribus Ægyptiacis alibi etiam mihi viſis.*



Ipſa inſcriptio Ægyptiaca, excepto illo vocabulo ΓΙΓΑΝΤΟΠΑΝΤΟΡΗΚΤΑ, *hoc eſt, Gigantum omnium everſor.*

Vitioſe in lapide ſculptum eſt, ΓΙΓΑΝΤΟΠΟΝΤΟΡΗΚΤΑ. Ῥήσσειν *eſt frangere, ſolo allidere, qvod à palaſtra ductum. In alio lapide Baſilidianorum, qvem Pignorius produxit in Tabula Iſiaca*, ΓΙΓΑΝΤΟΡΗΚΤΑ *legitur, Gigantum fractor*. Hæc Salmaſius.

83. Nolumus hic excurrere in ſpatioſum antiqvitatum Ægyptiacarum campum, ibiq; Gigantes & Gigantum everſores inveſtigare, cùm Gallia Boulducum ſuppeditaverit: tantùm monuiſſe ſuffecerit, ipſa ἀυτοψία antiqvæ hujus Ægyptiacæ Inſcriptionis, qvæ Græcis literis conſtat, etiamnum confirmari nos, noſtraq; momenta, qvibus moti in eam propendebamus ſententiam, ut annis abhinc duodecim veroſimiliùs exiſtimaremus, Literarum Græcarum magnam partem ab Ægyptiis ortu primùm translatam eſſe ad Græcos, qvàm has Literarum formas à Græcis Ægyptios ſerò veniſſe. Confer EXERCITATIONEM LITERARIÆ ANTIQVITATIS SECUNDAM Anno J. Chr. MDC XL à nobis publicæ Diſqviſitioni XXVIII Mart. ſubjectam. Nunc locus Num. cap. 13, v. 34 pari conatu vindicandus eſſet ab injuriis Boulduci, niſi σὺν Θεῷ iſtas Vindicias novæ EXCERCITATIONI ANTIBOULDUCIANÆ, habita temporis ratione, opportuniùs reſervari poſſe arbitraremur.

ERRATA.

Theſ. 43. lin. 12. pro ſingulari, lege ſingularis.
Theſ. 52. lin. 29, 30, 31. pro Joſv. ter lege Judic.

QVÆ-

QVÆSTIONUM
Nova Coronis.

AN ideò appellentur Nephilim, שיפול האדם מפחדם מפני שהם גבוהים *qvòd timore & proceritate eorum homines territi cadant? R. D. Kimchi in Libro Rad. affirmat, & cum eo Mercerus, Munſterus: nos verò dicimus hanc Etymologiam non eſſe ſatis firmam.* I.

An R. Sch. Jarchi in Peruſch Bereſchith magis appoſitam & Scripturæ convenientem attulerit rationem τῶν נפילים, *quia* כי נפלו והפילו את העולם *ceciderunt ipſi & cadere fecerunt ſæculum? Rem quod ſpectat, rectè; non qvoad vocis Hebr. bibl. uſum.* II.

An נפל *in Hebr. Textu deſignet lapſum vitioſum? A nobis qvidem illud non obſervatum.* III.

An Aben Ezra in Peruſchia בראשית *rei & uſui vocis convenientius Etymon attulerit* שיפול לב הרואה אותם שיתמה מגובה קומתם *qvòd cadat cor videntibus illos præ admiratione proceræ ſtaturæ eorum?* A. *Aptius eſſe Kimchiano & Jarchiano veriloqvio.* IV.

Anne ratio vocis hujus à nobis allata theſi 27. ſit præferenda his Etymis Rabbinicis? A. V.

An R. D. Kimchi in libro Rad. confirmaturus ſuum Etymon locum Job. 14. v. 18. textui Hebræo conveninter exponat? N. VI.

An Guichartus Profeſſor olim S. Linguæ Pariſ. rectè doceat in Lexico Hebræo, qvod inſcribitur, L' HARMONIE ETIMOLOGIQVE DES LANGVES, Nobilem derivari à נָפַל *Naphal?* N. VII.

An

VIII. *An* בני ענק *filii Anak ſint Torqvati, qvorum ceu fidelium vel Nephilim fuit inſtitutor Abram, illosq́; ad bellum expedivit? Boulducus affirmat lib. 1. cap. 2. pag. 18, 19. lib. 1. cap. 12. pag. 111. lib. 3. cap. 2. pag. 315. lib. 3. cap. 3. pag. 319, 322, 323, 326.* Nos negamus.

IX. *An nomen Phœnix ortum ſit ex* בְּנֵי עֲנָק *Bene Anak?* Af. *Bochartus Sacr. Geogr. pag. 2. lib. 1. cap. 1. pag. 362, 363.* Nos negamus.

X. *An Melchiſedech fuerit diligentiſſimus Rapha? Boulduc* aff. *lib. 2. c. 1. p. 274.* Nos neg.

XI. *An ex cap. 14. Joſvæ v. 15 rectè colligatur, qvod Adamus fuerit Gigas?* N.


XII. *An Gigantes ex angelis & filiabus hominum nati?* Aff. *Juſtinus Martyr, Athenagoras, Tertullianus, Cl. Alexandr. Methodius, Euſebius Cæſarienſis, Cyprianus, Lactantius, Severus, Sulpitius, teſte Boulduco l. 1. c. 14. p. 126.* Nos negamus.

XIII. *An Dæmones verè generent?* Aff. *Ludovicus Vives, Zanchius, aliiq́;.* Nos neg.

XIV. *An ſolùm ſuperbi, impii, ſævi & terrenis mundi carnisq́; voluptatibus affixi nomine* Gigantum *intelligantur, an verò & homines juſto grandiores ac robore potentes? Prius* affirmant *& poſterius* negant *Philo, Joſephus, Damaſcenus, Cyrillus Alexandrinus, docente Boulduco l. 3. c. 7. p. 61.* Nos *utrumq́;* affirmamus, *partim teſtimoniis Scripturæ, partim Hiſtoriæ Naturalis documentis moti: qvalia noſtro ære in æs inciſa & delineata oſtenduntur: licet aliter ſentiant etiam profani, nempe Seneca Epiſt. 58. Macrob. l. 1. Satur. c. 20.*


SOLI DEO GLORIA.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823




I.


II.



III.



IIII.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 00823 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-70 4° 823